

post pusillū accesserūt q̄ asta-
bant: z dixerūt petro. **S**clere
z tu ex illis es: nam z loquela
tua manifestū te facit. **O** Tūc
cepit detestari z iurare: qz nō
nouisset hoiez. **E**t p̄tinuo gal-
lus cātavit. **E**t recordatus est
petr⁹ x̄bi iesu qđ dixerat: pri-
usqz gallus cātet: ter me nega-
bis. **E**t egressus foras fleuit a-
mare. **A**dane aut̄ facto: concili-
liū inierunt oēs principes sa-
cerdotū: z seniores populi ad-
uersus iesū: vt̄ eū morti trade-
rēt. **E**t vinctū adduxerūt eū: z
tradiderūt pontio pilato pre-
fici. **T**ūc vidēs iudas qui eū
tradidit qđ dānat⁹ esset: penitē-
tia duct⁹ retulit triginta argē-
teos principib⁹ sacerdotū z se-
niorib⁹ dicēs. **S**Peccaui tra-
dēs sanguinē iustū. **Q**ui illi
dixerunt. **S**Quid ad nos: tu
videris. **E**t p̄iectis argen-
teis in tēplo recessit: z abiens
laqueo se suspēdit. **P**rincipes
aut̄ sacerdotū acceptis argen-
teis dixerūt. **N**on licet eos
mittere in corbonā: qz precii
sanguinis est. **C**ōsilio autē
inito: emerūt ex illis agruz fi-
guli in sepulturā peregrinorū
Prop̄ hoc vocat⁹ ē ager ille
acheldemach: hoc est ager sā-
guinis: vsqz in hodiernū diē.
Tūc impletū est qđ dictuz est

per hieremiā p̄phetā dicētē.
Et acceperunt triginta argen-
teos precii app̄ciati: quē ap-
preciauerūt a filijs isrl: z dede-
rūt eos in agrū figuli: sicut cō-
stituit mihi dñs. **I**esus autē
stetit añ p̄sidē. **E**t iterrogauit
eū preses dicēs. **S**Tu es rex
iudeorū? **R**espondit ei iesus. **E**t
Tu dicis. **E**t cū accularet̄
a principib⁹ sacerdotū z seni-
orib⁹ nihil r̄ndit. **T**ūc dicit il-
li pilatus. **N**ō audis quāta
aduersū te dicunt testimonia.
Et nō respōdit ei ad vllum
verbum: ita vt̄ miraret̄ preses
vehemēter. **P**er diē aut̄ solē-
nem p̄sueuerat p̄ses dimitte-
re p̄plo vnū vinctū: quēz vo-
luissent. **H**abebat aut̄ tūc vin-
ctuz insignē: qđ dicebat̄ barra-
bas: qui p̄pter seditionē mis-
sus fuerat in carcerē. **C**ongre-
gatis autē illis dixit pilatus
Quē vultis dimittā vobis
barrabam: an iesum qui dicit̄
x̄ps? **S**ciebat enim qđ p̄ in-
uidiā tradidissent eū. **S**edēte
autē illo p̄ tribunali: misit ad
illū vxor eius dicēs. **N**ihil
tibi et iusto illi. **M**ulta enim
passa suz hodie p̄ visuz p̄pter
eū. **P**rincipes aut̄ sacerdo-
tū z seniores p̄suaserūt pplis:
vt̄ peterēt barrabā: iesū x̄o p̄-
derent. **R**ndēs aut̄ p̄ses ait il-

Matth 27